



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Sacerdotale Ad consuetudinem S. Romanæ Ecclesiæ
aliarumque ecclesiarum ex Apostolic[a]e bibliothec[a]e ac
Sanctorum Patrum iurium sanctionibus, &
ecclesiasticorum doctorum scriptis ...**

Venetiis, 1579

Benedictio terræsemi natæ. c. 4[2].

urn:nbn:de:hbz:466:1-40307

Oratio contra alal. ter. frug. vastan. vel aquas inf.

ad ea loca trāseatis, in quibus nemini nocere possitis, pro parte omnipotentis dei et totius curie celestis, et ecclesie sancte dei vos maledicens, quod quocumque ieritis sitis maledicti, deficientes de die in diem in vos ipsos et decrepentes: quatenus reliquie de vobis nullo in loco inveniatur, nisi necessarie ad salutem, et usum humanum. Quod prestare dignetur qui venturus est iudicare vivos et mortuos et seculum per ignem. **Oratio.** Amen. **Oratio.**

O Domine Iesu Christe, qui Jordanis flumē benedixisti: et in eodem baptizatus aquas mundasti, et purificasti ut elementum salubre efficerentur in remissionem peccatorum: et has aquas quoque bene dicere, et sanctificare, et munus dare digneris: ut nil in eis noxium, nil pestilens, vel inficiens, nil corruptum remaneat: sed omnia pura et munda in eis efficiantur: quatenus quod ad usum humanum ex eis creata sunt, cum salute nostra et gloria tua assumamus. **Per Christum.** **Et si magna fuerit dictarum bestiarum tribulatio, poterit sacerdos cum processione, ut infra in tertia parte i festo sancti Marci notatum est, cum clero et populo cāssādo ad locum infectum accedere, suppositas orationes dicendo super agros vel aquas infectas.**

De benedictione salis et aque contra vermes et aues semina possessionum vastantes. Cap. 41.

Oratio. Adiutorium nostrum. Domine exaudi. Dominus vobiscum. **Oratio.**

O Domine sancte, pater omnipotens, eterne deus, mitte spiritum tuum sanctum cum angelis, et archangelis, cum thronis, et dominationibus: et cum eis omnes sanctos et electos tuos: ut defendas segetes nostras a vermibus malis et a vobis, et magnificetur nomen tuum in omni loco: **Per Christum.** Amen. **Oratio.**

Bene dicite domine hanc creaturam aque: ut fugiat vermes et volucres a nostris segetibus propter nomen Domini nostri Iesu Christi: quod invocatum est in ipsa creatura messis, ut fiat alimentum omnibus, qui vivunt ex ea: **Per eundem.** Amen. **Aspergantur aqua benedicta.** **De benedictione terre seminatę.** Cap. 42.

Oratio. Adiutorium nostrum. Domine exaudi. Dominus vobiscum. **Oratio.**

Bene dicat nos deus deus noster: et terre nostre vberitate concedat: in centuplum amplifiet fructus eius, ut iugiter in exultatione manipulos nostros colligamus. **Per Christum.** Amen. **Aspergantur aqua benedicta.** **De benedictione arborum.** Cap. 43.

Oratio. Adiutorium nostrum. Domine exaudi. Dominus vobiscum. **Oratio.**